



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

9 Simonia pro ingressu religionis, quomodo committi possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 8 Tolet. *cap. 90. numer. 2. vers. tertio dicto* lib. 5. † Quia simonia manu, lingua & obsequio committitur, *gl. in aurb. quom. po. Bofco. §. 1. in ver. pecuniis col. 3. cap. sunt nonnulli, i. quast. 1. cap. cum essent, & cap. ex diligenti, de simon.*
- 9 Nec pro † ingressu religionis quidquam ab ingrediente recipi potest, *d. cap. non satis & pactioe interveniente, transigentes simoniae poenam incurrunt, cap. praeterea, de trans. & d. cap. tuanos, & qui, quomodo libet dando, vel recipiendo, simoniam committunt, † aut, quod illa fiat, mediatores existunt, aut procurant, excommunicationis sententiam incurrunt, à qua non nisi à Romano Pontifice possunt absolui, praeterquam in mortis articulo constituti, cap. 2. §. statuens, in extr. com. de sim. & Navar. cons. 34. numer. 2. eod. tit. & Graff. decis. aur. cap. 98. numer. 1. par. 1. lib. 2.*
- 10 Simoniacus † autem celebrans, tanquam excommunicatus, irregularis efficitur, *Borgal. de regul. par. 1. quast. 7. numer. 31. Abb. in cap. 2. numer. 7. de cler. excomm. min. Navar. cap. 27. numer. 244. tom. 3. & Graff. d. cap. 98. numer. 1. † Et simoniacus beneficium simoniacè oblatum non acquirit, sed est illo privatus ipso jure, inhabilisque ad illud, & alia in posterum obtinenda, Pius V. in conslit. cum primum §. & ut simoniacè, in Bull. Ro. cap. 5. & Navar. cap. 23. numer. 105. vers. porro, de simon. d. tom. 3. Nec solum est privatus ipso jure, & aliàs poenas supra expressas incurrit, † sed tenetur etiam ad restitutionem omnium fructuum per ipsum perceptorum, ut ibi Navar. & extravag. com. 2. §. per electiones, de simo. & vii V. eo, §. & ut simoniacè quæ poenæ locum sibi vendicant*
- in simonia reali, de qua in locis supracitatis. Collatores vero simoniaci cuiuscunque gradus existant, poenis à jure statutis sunt puniendi, *ut in eod. §. & ut simoniacè, vers. qui verò:*
- 14 Simonia † tres habet species, quarum una est realis, altera conventionalis, tertia mentalis, de quibus, & earum poenis, ac quando in poenam non incurritur, omnes Scribentes & praesertim Navar. d. cap. 23. à num. 94. usque ad numer. 100. Tolet. in cap. 93. per tot. eo. lib. 5. Diaz pract. crim. c. 92. per tot. & in annot. sub lit. D. & Graff. in decis. aur. cap. 96. 97. & 98. par. 1. lib. 2. diffusè tractant, † & omnia crimina, ad comparisonem simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputantur, *cap. tanta, de simo. cap. cito, §. qui ergo, i. quast. 1. cap. fin. 1. quast. 7. & Rebuff. practica. benefic. de simon. in resignan. numer. 12. par. 2.*
- 16 Secundo, † acquirens beneficium per confidentiam, quæ pluribus modis committitur, nempe, cum ipsa beneficia jure retinere nequeunt, vel ne cogantur ad residentiam, vel ad sacros ordines suscipiendos, ac habitum, ac tonsuram deferre, ut ad bellum proficiscantur, ac inimicos occidant, vel ut alieno nomine lites agant, aut defendant, seu propter crimina incapaces, ut purgato delicto, vel absolute solutione consequuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, & plerunque fructus ipsorum administrant, aut, quibus ipsi statuunt saepe laicis, & inhabilibus, & quandoque senes, vel infirmi, ut beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciant in alios, in quos confidunt, qui, vel profanam familiam resignantium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa infantibus, vel nascituris, donec ad legitimam

per.